Zeitschrift: Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins Zentralschweiz

Band: 30 (1875)

Artikel: Fragmente zum habsburg-österreichischen Urbarbuche

Autor: [s.n.]

DOI: https://doi.org/10.5169/seals-112892

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Siehe Rechtliche Hinweise.

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. Voir Informations légales.

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. See Legal notice.

Download PDF: 09.11.2024

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, https://www.e-periodica.ch

XI.

Zum habsburg-öſterreichiſchen Urbarbuche.

Circa 1303.
(Stadtarchiv Lucern).

Concepte oder erſte Entwürfe zum Habsburgiſchen Urbarbuch, worauf die Rechte, Gefälle, Zinſe ꝛc. der habsburg-öſterreichiſchen Herrſchaft, aufgenommen (in ihren Beſizungen) in den Aemtern Lenzburg, Richenſee, Williſau und Rotenburg, verzeichnet ſind.[1])

Zwei lange pergamene Rödel; der Eine beſteht aus 4 zuſammengeſezten Stücken. Sie dürften ſchon unter Rudolf von Habsburg angefangen worden ſein.[2]) Aus dieſen und andren ſolchen Verzeichniſſen trug ſodann der Schreiber des Römiſchen Königs Albrecht, Meiſter Burkhart von Frick, im Jahre 1303 bis 1311 das Urbarbuch zuſammen, von welchem im hieſigen Staatsarchive eine vollſtändige Abſchrift, angefertigt im Jahre 1519 durch den Canzlei-Subſtituten Auguſtin Klughammer von Conſtanz, ſich vorfindet. — Magister Burchardus de Frikke lebte noch 1314. (Rechnung auf Mathiä h. añi. im Stadtarchiv Conſtanz.)

Hi Sunt Homines Et Redditus In Offitio Richense Ad Dominium Revocandi.

In villa Moshein quædam scoposa, quam comites in Kyburg pro tempore vitæ suæ possederunt, a dominis in Hiltzkirich possidetur. – In Escha quædam curia, a comitibus de Kyburg

---

[1]) Abgedruckt in Dr. Franz Pfeiffers habsburg-öſterreich. Urbarbuch, Seite 317—323.

[2]) Man vergl. die dissensio inter dominium et comites de Froburg, beim officium Willisowe, welche Kopp in die Zeit von 1285 verſezt. (I. 741. Anm 2. II. 3. 393. Anm. 4.)

usque ad mortem possessa, habens xj scoposas, a diversis occupatur, sed eiusdem proventus sunt per advocatum sequestrati. Dominus de Liela dicit, sibi competere in Escha medietatem judiciorum dictorum twing und ban. Piscinæ[1]) in lacu Escherre ab ecclesia Beronensi occupantur, licet eas prædicti comites usque ad mortem, et post mortem longe per . . quondam de Liele possederint. Arnoldus quondam advocatus in Richense comparavit xiij scoposas a dominis de Krenkingen pro dominio in Kyburg et de pecunia eiusdem dominij, quas diversi occupant; et istæ xiij scoposæ insunt curiæ dictæ de Krenkingen, cui quidem curiæ jus patronatus ecclesiæ Esche inhærere dicitur. Dicitur etiam, quod quondam domina . . de Krenkingen idem jus patronatus transtulerit in dominium de Kyburg, licet fratres de Honrein sibi attraxerint idem jus patronatus et decimas ad ecclesiam spectantes. In Escha quædam scoposa, dicta Entlis schuopos, dominij de Kyburg propria, a dominis de Honrein occupatur. Item ibidem quædam decima, dominij propria, ab Arnoldo dicto Trutman occupatur. — Item curtis in villa Ruodinkon, pertinens castro Lenzburg, a dominis in Hiltzkirich occupatur. — Item in Altwise scoposa, dominij in Kyburg propria, per quondam advocatum in Richense dicto Walther Brunwile vendita et per eundem fratribus in Hiltzkirich tradita, ab eisdem fratribus occupatur. — Item in Armense quædam scoposa, possessa per comites de Kyburg ante mortem et post mortem longe et in antiquis rodalibus clare inventa, per dominum H. vom Steine occupatur. — Rudolfus dictus Ze der müli, liber, quædam bona, sita in Sultz, de quibus solvit sturam civibus in Sembach, in dominum Waltherum de Liela quondam transtulit, qui eadem bona domui in Honrein tradidit, et nunc ea dominus Marchwardus de Liela possidet. Item Cuono et conversa Gisela, liberi, quædam bona in Miswangen, de quibus solverunt sturam dominio, transtulerunt in fratres de Hiltzkirich, qui eadem jam possident. — Item dominus Marchwardus de Liela possidet unum agrum, duos ortos et unum pomerium, dictum Slatgarte, sitos in Richense, quod quondam (comites?) in Kyburg ad vitæ suæ tempora posse-

---

[1]) Pischina.

derunt. — Item Arnoldus quondam advocatus in Richense quendam agrum dominij Walthero pistori in Richense vendidit, quem nunc H. de Boswile possidet. — Quædam scoposa libera, pertinens curiæ Verchen, et eidem singulis annis solvens v solidos, vendita est canonicis ecclesiæ Beronensis, qui eandem scoposam in domum de Honrein venditam transtulerunt, et in hoc fieri (sic) injuria dominio, cum ipsa curia est dominij. — Item in Gelvingen iij scoposæ, solventes xj modios tritici vice et nomine piscium, qui debebantur de quadam piscina, a domina de Heidegge et a Chunrado et suis fratribus de Heidegge possidentur, dicentibus: se easdem scoposas emisse. Notandum, quod in Gelvingen xj scoposæ, quas dominus Chunradus quondam de Heidegge in pignore tenuit, iuxta quod in antiquis rodalibus continetur, et centum pisces, dicti balchen, inveniri non possunt. — Quædam scoposa, pertinens curiæ Verchen, et eidem singulis annis solvens v solidos, a Johanne dicto Wagen possidetur. — Quædam bona, pertinentia curiæ Werben, de quibus solvi deberent ij sol. in communem sturam ipsius, a quibusdam in Sempach in nomine curiæ per judicium possidentur. — Villa in Hertzingen, cum liberis in eadem villa residentibus et judicijs universis, curiæ Werben pertinens, quam villam comites de Kyburg usque ad suum obitum possederunt, a . . dominis de Baldegge possidetur. — Item in Knosen dimidia scoposa, eidem curiæ pertinens, de quibus solvi deberent ij solidi, a Berchta, dicta In dem Bache, de Gosbrechtingen possidetur. — Item quædam scoposa in Urswile, pertinens curiæ prædictæ, de quibus solvi deberent iiij sol., a Rudolfo de Remerswiler possidetur.

In Arburg.

In Bœsenwile dimidia scoposa, pertinens castro Arburg, a domino Johanne de Buttinkon, dicto Ritter Suli, occupatur. (— Nota, quod inquirendum est in Wettingen de tempore translationis castri Willisowe in dominium nostrum.)

In Offitio Willisowe.

In Gösserawile domini de Hasemburg usurpant sibi judicia dicta twing und ban, eo quod liberi homines eiusdem villæ sibi constituerunt quendam censum pro defensione sua, et hoc factum est eo tempore, quo dissensio fuit inter dominium et comites de Froburg. — Adelheit de Waltzberg emit quendam mansum in Loubsersbüel tanquam proprium a domino de Uotzingen, sed ipse de eodem fuit a dominis nomine feodi investitus. — Item Cunradus de Buoch occupat quendam agrum, situm in clivo castri Willisowe, emptum a quodam, qui eum a dominio tenuit jure castrensi. — Lacus inferior in Egoltzwile, quem comites in Habsburg[1]) possederunt usque ad obitum suum, a dominabus in Eberesegge occupatur. Tertia pars majoris lacus in Egoltzwile, propria monasterij Heremitarum, jure advocaticio pertinens dominio, a domino de Trostperg occupatur. — Scaler de Basilea occupat ratione uxoris suæ xviij scoposas, pertinentes castro Casteln, tanquam proprias, eo non obstante, quod ipsas gener suus[2]) quondam de Affoltren solum tenuit in pignore pro 60 vel 80 libris. — Dominus de Arburg usurpat sibi judicium dictum twing und ban in villa Wininken, eo quod rustici eiusdem villæ dictum judicium, quod dominij fuit, proprio ausu transtulerunt in eum.

In villa Ruoggeringen junior dominus de Wolhusen circa viij scoposas, sibi venditas a quondam advocato in Richense et possessas a comitibus de Kyburg usque ad terminum vitæ suæ, occupat.

In Hertmeningen viij jugera, dominij in Rotemburg propria, quæ quondam Wernherus de Honegge ab eodem dominio in feodum tenuit, et quæ Cuono dictus Brugtal civis Lucernensis emit tanquam propria, ab hospitali Lucernensi possidentur tanquam propria. (bis dahin die eine Seite.)

Heinricus et Rudolfus dicti ze Walde, fratres, quondam mancipia Sancti Leudegarij, dominij nunc propria, a fratribus

---

[1]) lies Kyburg. [2]) d. h. schwiegervater, nicht eidam: Kopp, vergl. dessen Geschichte II, 1, 400. anm. 1.

de Honrein occupantur. — Item Petrus Vorster in Altwise, mancipium monasterij Sanctæ Regulæ, a domino de Rusegge occupatur. — Walth'. de Niderndorf, mancipium comitum de Kyburg a . . . de Baldegge occupatur. — Item (in) Wolfarswile Bela in dem Bache, et sorores suæ, cum suis liberis, propria, a domino Ulrico de Rinach possidetur. — Item in Gelvingen quondam Gisla et Hemma et earundem liberi, proprij, a . . de Baldegge occupantur. — Item Mechtilt dicta Entlosin de Richense, libera, servo dominij copulata, homines liberos per eundem, a domino Marchwardo de Liela possidetur. — Heinricus de Seon, mater sua et matertera sua, fratres et sorores, quondam mancipia S. Leudegarij, a Wernhero et Johanne dictis de Liebegge possidentur, qui dicunt: sibi jus advocaticium in eisdem competere a quondam advocatis in Rotemburg. — In Guninchon Hedwig Steinhuserin de Owe, mancipium S. Regulæ, dominio jure advocaticio pertinens, a domino . . de Rusegge occupatur. — Item (in) Gelvingen Bela[1]) dicta Vischerin, dominij propria, a fratribus de Heidegge cum eiusdem Belæ liberis possidetur. — Liberi Heinrici in dem Bache in Gelvingen, quondam mancipium S. Leudegarij, a fratribus de Heidegge possidentur, dicentibus: se esse infeodatos de ipsis a . . quondam advocato in Rotemburg. — Item ibidem Rich'. dicta de Niderndorf, mancipium monasterij in Mure, dominio jure advocaticio pertinens, a fratribus de Heidegge possidetur. — Item ibidem Gertrut de Butwile, mancipium S. Leudegarij, ab eisdem possidetur. — Item ibidem Bela de Esche, dominij propria, ab eisdem possidetur. — Item ibidem Beli de Homberg, mancipium monasterij S. Leudegarij, ab eisdem fratribus possidetur. — Item in Wolfhartzwile Mechtilt dicta Kupfrin et Rudolfus frater suus, mancipia S. Leudegarij, ab eisdem fratribus possidentur. — Item H. dictus Hawart in Glutisperge ab eisdem possidetur. — Item H. dictus In dem Winkel, mancipium S. Leudegarij, a dominis de Baldegge occupatur. — Item in Temprikon H. dictus Vleischli et Lieber frater suus, jure advocaticio pertinentes, a dominis de Baldegge possidentur. — Item in Nidern Verchen Gisla de Stalden libera et suus vir cum

---

[1]) Bele.

suis liberis a dominis de Baldegge possidetur. — Rudolfus, Cunradus et H. fratres dicti Fragmunde, mancipia monasterij Heremitarum, a dominis de Baldegge possidentur. — Item ibidem Cunradus dictus Meister et Johannes Meister, fratres, mancipia S. Leudegarij, Arnoldus et Ulricus de Litowe, etiam mancipia monasterij S. Leudegarij, a dominis de Baldegge possidentur. — Item ibidem Gerdrut uxor villici H. de Baldegge et sui liberi et soror eiusdem Gerdrudis, mancipia S. Leudegarij, a dominis de Baldegge possidentur. — Item in Nunwile Burchardus de Erkemboldingen, liber, et Ulricus villicus de Nunwile, mancipia S. Le(u)degarij, a dominis de Baldegge possidentur. — Item in Fuxwille[1]) Johannes Hetzel, liber, ab eisdem occupatur. Item ibidem H. Zouger (?), dominij proprius, a dominis prædictis occupatur. — Item ibidem Hemma de Huoben et sui liberi a dominis prædictis occupantur. — Item ibidem Ita Wambescherin, mancipium ecclesiæ Beronensis, a prædictis dominis occupatur. — Item H. Turliman de Urswilr, liber, a . . de Heidegge occupatur. — Arnoldus de Dorf et Waltherus frater suus, mancipia monasterij Heremitarum, a dominis de Baldegge possidentur. — Item Petrus de Ruossingen, liber, a dominis de Honrein possidetur. — Item Ulricus der Niderest ab eisdem de Honrein possidetur. — Item Arnoldus, Ulricus et Cunradus die Nideresten ab eisdem possidentur. — Burchardus de Williswile et Johannes frater suus, Rudolfus de Hedgeringen, mancipia monasterij Beronensis, a dominis de Honrein possidentur. — In Urswile Adelheit uxor Burchardi Reimbrunnen cum liberis suis, dominij propria, a dominis de Baldegge possidetur. — Item H. et Eber(hardus) dicti Smide, mancipia monasterij Heremitarum, a dominis de Baldegge possidentur. — Item Wernherus et Rudolfus dicti Sparn, mancipia monasterij Heremitarum, a prædictis de Baldegge possidentur. — In Hochdorf Waltherus et Johannes dicti Mer et sorores suæ, mancipia S. Leudegarij, a dominis de Baldegge possidentur. — Nicolaus dictus Ambeck et uxor sua, mancipia monasterij S. Leudegarij, a dominis de Baldegge possidentur. — Item Arnoldus de Hunwile, advena, ab eisdem de Baldegge possidentur. — In Obern-

[1]) Luxwille?

kirich Ita Stappherin et liberi sui, mancipia monasterij Heremitarum, a dominis de Ruoda occupantur. — Item Johannes et Johannes fratres dicti de Rimpuch, mancipia monasterij Heremitarum, ab eisdem de Ruoda possidentur. — Item Eva, Ita et Elizabetha, sorores, filiæ H. dicti In dem Hove, mancipia monasterij Heremitarum, a dominis de Ruoda occupantur. — Item H. de Buole et Burchardus frater suus, mancipia monasterij Heremitarum, a domino de Trostperg occupantur. — Item H(einricus), Guntzo et H. Mittelest, mancipia monasterij Heremitarum, ab eodem de Trostperg occupantur. — In Verchen Ita dicta Saltzmannin a . . de Baldegge possidetur. — Item H. dictus Hospes, mancipium monasterij Heremitarum, ab eisdem possidetur. — Item H. filius pistoris, mancipium Heremitarum, ab eisdem possidetur. — In Brittenowe C. Wolhusen et filius suus et eorum liberi, Ulricus de Niderwile, Ulricus in dem Gerode, Rudolfus de Zurzach, uxor et liberi sui, C. Sacrista, Rudolfus et H. dicti Locher, mater et soror, Mechtilt in dem Gerode, Hemma de Zurzach et eius liberi, Petrus in dem Gerode, mancipia S. Leudegarij, a . . . de Buttinkon occupantur. — In Liebingen Thoni et soror sua et Rudolfus maritus eiusdem, Arnoldus et Wernherus Stouffer, Ulricus Kegler, uxor et liberi eorundem, mancipia S. Leudegarij, ab eisdem de Buttinkon occupantur. — Item H. de Littowe, mancipium S. Leudegarij, ab eisdem occupatur. — Item Erni (et) Michel de Steine, mancipia monasterij Heremitarum, a . . . de Uotzingen occupantur. — In Wiggen Rudolfus et Cunradus de Riettal, mancipia S. Leudegarij, a prædictis de Buttinkon occupantur. — In Schenkon Burchardus de Sweighusern a domino de Schenkon occupatur. — Item ibidem Ulricus Sutor, advena, a domino C. de Rinach occupatur. — Johannes Brugger, dominij proprius, a præposito Beronensi occupatur. — Item ibidem Gerdrud de Beche, propria dominij, a . . . de Ruwisbile [1]) occupatur.

---

[1]) Rubiswe.